


SYNONIMO

CICERO









Synonymes de Ciceron (Lucius Veturius)

2 Ovidi Nasonis de Nuce

3 Epistolae Horatii (1498)

4 Paradoxa Ciceronis

5 Préceptes de Grammaire (par Accursius Pisanus)

6 Bucoliques de Virgile, avec commentaire

1 - Daunou : omis - P.P. 3711. GKW 7038
2 - - 900
3 - - 899
4 - - 994
5 - Daunou omis. GKW. 182
6 - - - Cop. 6122.

Publii Ouidij Nasonis. De Nuce Libellus Incipit.

Nux ego iuncta vie cum sim sine crimine vite
A populo saxis pretereunte petor.
Obruere ista solet manifestos pena nocentes
Publica cum lentam nō capit ira morā
Nil ego peccaui: nisi si peccare fatemur
Annua cultori poma referre suo.
At prius arboribus tunc. cum meliora fuerunt
Tempora certamen fertilitatis erat.
Tunc domini memores sertis ornare solebant
Agricole fructu preueniente deos
Sepe tuas igitur liber miratus es vuas
Mirata est oleas sepe minerua suas:
Pomaqꝫ lesissent matrem: nisi subdita ramo
Longa laboranti furca tulisset opem.
Quin etiaz exemplo pariebat femina nostro:
Nulla que non illo tempore mater erat.
At postq̄ platanis sterilem prebentibus vmbram
Uberior quauis arbore venit honor
Nos quoque fructifere si nux modo ponor ī illis:
Cepimus in patulas luxuriare comas

At

Nunc neq; continuos nascuntur poma per annos
Vua que lesa domum: lesa que bacca venit:
Nunc vterus vitio est que vult formosa videri:
Rara que in hoc euo est que velit esse parens
Certe ego si nunq; peperissem: tutior essem
Ista clitemnestra digna querela fuit.
Si sciat hoc vitis: nascentes supprimat vuas
Orbaque. si sciat hoc palladi: orbor erit
Hoc in noticiaz veniat veniat maloque pyroque
Destituent syluas vtraque poma suas.
Queque sibi vario destinguit poma colore
Audiat hec cerasus: stipes inanis erit
Non equidez inuideo. nunqd tamen illa feritur
Que sterilis sola est inspitienda coma
Cernite sinceros omnes ex ordine truncos
Qui modo nil quare percutiantur habent
At michi seua nocent mutilatis vulnera ramis
Nudaq; decerpto cortice ligna patent.
Non odium facit hoc. sed spes inducta rapine.
Sustineant alie poma querentur idem.
Sic reus ille fere est: de quo victoria lucro
Esse potest: inopis vindice facta carent
Sic timet insidias qui se sit ferre viator.
Quod timeat: tutuz carpit inanis iter.

Sic ego sola petor. soli quia causa petendi est.

Frondibus intactis cetera turba viret:

Naz quod habent frutices aliquādo proxia nobis

Fragmina: quod leso vimine multa iacent.

Non istis sua facta nocent: vicinia damno est.

Excipiunt ictu saxa repulsa meo:

Idq3 fide careat: si non que longius absunt:

Natium retinent inuiolata decus.

Ergo: si sapiant: et mentem verba sequantur:

Deuoueant vmbras proxima queq3 meas:

Quā miserū est odium damnis accedere nostris:

Meq3 ream nimie proximitatis agi:

Sed puto magna mei est operoso cura colono:

Inuenias. dederit quid michi preter humum

Sponte mea facilis contempto nascor in agro

Parsq3 loci. qua sto publica pene via est.

Me sata ne ledam: quoniam sata ledere dicor

Imus in extremo margine fundus habet.

Nō michi falx nimias saturni deputat vmbras

Duratam renouat nō michi fossor humum

Sole licet sicca q3 siti[illegible] peritura laborem

Irrigue dabitur non michi sulcus aque

At cum maturas fisso noua cortice rimas

Nux agit: ad partes pertica seua venit



Pertica dat plenis immitia vulnera ramis
Nec possim lapidum verbera sola queri
Poma cadunt mensis non interdicta secundis
Et condit lectas parca colona nuces
Has puer aut certo lectas dilaniat ictu:
Aut pronas digito bis ve semel ve petit
Quattuor in nucibus nō amplius alea tota est
Cum sibi suppositis additur vna tribus
Per tabule cliuum labi iubet alter: et optat
Tangat vt e multis quelibet vna suam:
Est etiaꝫ par sit numerus qui dicat an impar
Ut diuinatas auferat augur opes.
Fit quoqꝫ de certa qualem celeste figura
Sydus et in grecis littera quarta gerit.
Hec vbi destincta est gradibus que constitit intus
Quot tetigit virga: tot capit inde nuces.
Uas quoqꝫ sepe cauuꝫ spacio distante locatur.
In quot missa leui nux cadat vna manu
Felix: secreto que nata est arbor in agro
Et soli domino ferre tributa potest.
Non hominum strepitus audit: non illa rotarum
Non a vicina puluerulenta via est
Illa suo quecunqꝫ tulit dare dona colono
Et plenos fructus dinumerare potest.

At michi maturos nunq̄ licet edere fetus:
Ante diem que mee percutiuntur opes
Lamina mollis adhuc tenero ē in lacte: qđ intra ē
Nec mala sunt vlli nostra futura bono.
Et tamen inuenio: qui me iaculetur: et ictu:
Prefestinato munus inane petat.
Si fiat rapti fiat mensura relicti:
Maiorem domini parte viator habes
Sepe aliquis foliis vbi nuda cacumina vidit
Esse putat boree triste furentis opus.
Estibus hic: hieme spoliatam frigore credit:
Est quoq: qui crimen grandinis esse putet.
At michi nec grando duris inuisa colonis:
Nec ventus fraudi solue gelu ve fuit.
Fructus obest: peperisse nocet: nocet esse feracem
Queq: fuit multis hec michi preda malo
Preda malo polydore fuit tibi preda nefāde
Coniugis aonium misit in arma virum:
Hesperii regis pomaria tuta fuissent
Una sed immensas arbor habebat opes.
At rubus et sentes tantummodo ledere nate
Spinaq: vindicta cetera tuta sua est.
Me quia non noceo: nec aduncis vindicor hamis:
Missa petunt auida saxa proterua manu.

Quid si non aptas solem mutantibus vmbras:
Finditur icario cum cane terra: darem?
Quid nisi suffragium nimbos vitantibus essez.
Non expectata cum venit imber aqua?
Omnia cum faciam: cum prestem sedula cūctis
Officiuz: saxis officiosa petor:
Hec michi peperisse domini patienda querela est
Causabor quare sit lapidosus ager.
Dūcq repurgat humū collectaq saxa remittit:
Semper habent in me tela parata vie
Ergo inuisa aliis vni mich: frigora prosunt
Illo me tutam tempore prestat hyems
Nuda quidem tunc sum: nudaz tamen expedit esse
Nec spolium de me quod petat hostis habet
At simul induimus nostris sua vulnera ramis:
Saxa nouos fructus grandine plura petunt.
Forsitan hic aliquis dicat: quod publica tangunt
Carpere concessum est hoc via iuris habet.
Si licet hoc. oleas destringite. ledite messes
Improbe vicinum carpe viator holus:
Intret et vrbanas eadem petulantia portas:
Sitq tuis muris romule iuris idem.
Quilibet argentum prima de fronte taberne
Collat: et ad gemmas quilibet alter eat.

Auferat hic aurum: peregrinos ille lapillos
Et quascunqꝫ potest tollere tollat opes
Sed neqꝫ tolluntur: nec dux regit omnia cesar:
Incolumis tanto preside raptor erit.
At non ille deus pacem intra menia finit.
Auxilium toto spargit in orbe suum.
Quid tamen hoc prodest? media si luce palamqꝫ
Verberor: & tue non licet esse nuci?
Ergo nec nidos foliis herere: nec vllam
Sedibus in nostris stare videtis auem.
At lapis in ramo sedit quicunqꝫ bifurto
Heret: et vt capta victor in arce manet.
Cetera sepe tamen potuere admissa negari:
Et crimen vox est inficiata suuz
Nostra notat fusco digitos iniuria succo:
Cortice contractas inficiente manus.
Ille cruor meus est: illo maculata cruore
Non profectura dextra lauatur aqua.
O ego cum longe venerunt tedia vite.
Optaui quotiens: arida facta mori
Optaui quotiens aut ceco turbine verti
Aut valido missi fulminis igne peti
Atqꝫ vtinam subite raperent mea poma procelle
Vel possem fructus excutere ipsa meos.

Sic vbi detracta est a te michi causa pericli:
Quod superest tutum pontice castor habes
Quid michi tunc animi est. consumit tela viator
Atque oculis plage destinat ante locum:
Nec vitare licet moto fera vulnera trunco:
Quem sub humo radix curuaq; vicla tenent:
Corpora prebemus plagis: vt sepe sagittis
Cum populus manicas deposuisse vetat:
Utue grauem pauida est vbi tolli vacca securem:
Aut stringi cultros in sua colla videt
Sepe meas frondes vento tremuisse putastis:
Sed metus in nobis causa tremoris erat
Si merui. videor que nocens: excidite ferro:
Nostraque fumosis vrite membra focis:
Si merui videor que: nocens: imponite flamme
Et liceat misere dedecus esse semel.
Si nec cur vrar: nec cur excidar habetis:
Parcite: sic ceptum perficiatis iter

Publii Ouidii Nasonis De Nuce Libellus finit   Laus Deo

